



CLASSIS DUODECIMA

ANODYNA

ET

NARCOTICA.

Quæ dolorem in toto vel parte leniunt, demulcent, mutando, vel tollendo causam, ANODYNA, atque hæc quidem varia ex materie peti possunt. Quæ vero solam animam captivant, & quasi inebriant, insensilem reddunt, NARCOTICA, & maiori gradu STUPEFACIENTIA dicuntur.

Indicantur ad mitigationem symptomatum

1. Doloris.
2. Vigiliarum nimiarum a nimio motu spirituum.
3. In excretionibus nimis.
4. In convulsionibus.

LENIORA.

CHAMOMILLA Nostras

Romana p. 187. sq.

CHAMOMILLÆ Romanæ flores decocti, decoctum admodum salsum efficiunt, adeo quidem, ac si

fi sal- culinare decocto infusum, SIMON PAU-
RI. Oleum stillatitium, ut millefolii, saphiri-
num.

MILLEFOLIUM *Offic. Botanicorum.*

ACHILLEA. *Classis Naturalis Composita-
rum Radiatarum. Germ. Taufend-Blatt. Gal-
lis Millefeuille. Anglis Yarrow.*

ACHILLEÆ *foliis duplicato-pinnatis, glabris,
laciniis linearibus, acute laciniatis, flores destillati oleum
dant saphirini coloris, sedans, antispasmodicum. In-
fusum florum in spasms, doloribus post partum,
cardialgicis, colicis, hæmorrhoidalibus utile. FR. HOFF-
MANN de Præstant. Medic. Domestic. tum, & san-
guinis eiectionibus, hæmorrhagiis maioribus, a spa-
sticis viscerum contractionibus eximium, IDEM ibi-
dem, etiam in anxietate hypochondriaca, STAHL,
in nephritide calculosa, ZIMARA. Succus multum
vulnerarius ad uncias tres, quatuor, datur, flo-
res ad manipulum semis infunduntur, ad unum
herba.*

TILIA *Offic. Botanicorum. Classis Naturalis*

*Multi-flam. Germ. Linde. Gallis Tilleul.
Anglis Linden-Tree.*

TILIÆ flores suaveolentes, anodynæ sunt;
chronicam epilepsiam infuso florum sublata HOFF-
MANN habet, *de Præstant. Remed. Domesticor.* Cor-
tex itidem medius cum aqua in mucilaginem redactus,
ambustionibus, podagricis, & arthriticis doloribus,

præsentissime medetur, IDEM. Decocto vinoso corticis cachecticam in integrum sanatam vidit SCHRODERUS.

PRÆPARATA.

Aqua stillatitia, antispasmodica, antiepileptica, pueris datur.

VIOLÆ flores *Off. Botanicorum*. Classis Pauci-stam. *Germ.* Violen. *Gallis* Violette. *Anglis* Violets.

VIOLÆ *acaulis*, *stolonibus teretibus*, *reptantibus*, *pedunculis radicatis*, flores, suaveolentes, vim anodynam possident, ut etiam ad morbos convulsivos Specificos habeat BAGLIVIVS; in infuso theiformi sumi possunt. *Conserua* itidem drachmæ unius, duarum pondere, *Syrupus* haud limitata dosi. Notari meretur, semina vomitum, & diuresin movere, ideo nonnullis ad calculum laudari.

F O R T I A.

PAPAVERIS Capita, DIACODIUM.

Albi succus, vide *antidota*.

Vulnusculti a pungente ape facti dolorem mitigavit, & incommoda prævertit succo, DELISTRE *Recueil periodique* Tom. IV.

CYNO-

CYNOGLOSSUM *Offic. Botanicorum.* Clas-
 sis Pauci-stam. *Germ.* Hunds-Lung. *Gallis*
 Langue de chien. *Anglis* Houndstongue.

CYNOGLOSSI *foliis amplexicaulibus, lingula-
 tis, mollibus, hirsutis,* suspectam vim plurimi evul-
 gant, negat FULLERUS, cum adstrictione anody-
 nam ad hæmorrhagias, & alvi fluxus laudat GEOR-
 FROY. Repetenda experimenta sunt. Radix ad so-
 porem conciliandum inefficax, HAMNERIN *de vi-
 ribus plantarum indigenarum.* Massæ pilularum de
 cynoglossio dosis gran. quinque, ad octo, non ratione
 cynoglossi, sed opii scrupulosa.

F O R T I S S I M A.

Tum ex animalium partibus sedativis, tum ex
 vegetabilibus petita.

CASTOREUM P. I. p. 194.

MOSCHUS P. I. p. 195.

CROCUS P. I. p. 114.

HYOSCIAMUS vide *Venena,*

OPIUM laud. liquidum.

SOLANA vide *Venena.*

STRAMONEUM vide *Venena.*

TABABUM p. 192.

His

His adnumerari merentur magnæ confectiones
opiatæ.

DIASCORDIUM.

MITHRIDATIUM.

PHILONIUM.

REQUIES NICOLAI.

THERIACA.

FINIS TOMI II.



